Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



30

Ne accipias faciem aduersus faciem tuam: nec aduersus animam tuam mendacium.
Non reuerearis primum tuum in casu suo: nec retineas uerbum in tempore salutis.
Non absondas sapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoscitur sapientia
et sensus et scientia et doctrina in uerbo sensati: et firmamentum in operibus
iustitiae. Non contradicas uerbo ueritatis ullomodo: et demendario eruditionis tuae confundere. Non confundaris confiteri peccata tua: et ne subicias te hominum peccato. Noli resistere contra faciem potentis: nec coneris conflictu fluuii. Pro iustitia agonizare pro anima tua: et usque ad mortem certa iustitia: et dis expugnabit pro inimicis tuis. Noli citatus esse in lingua tua: et inutilis et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua euertens domesticos tuos: et obprimens subiectos tuos. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum: et ad dandum collecta. Denon Conficiendo
Qui noli adtendere ad possessiones iniquas: indiuicus.
et ne dixeris est mihi sufficiens uita: nichil enim pderit in tempore iudicii et obductionis. Non sequaris concupiscentia cordis: et ne dixeris quomodo potui: aut quis me subiciet propter peccata mea. Deus enim iudicans iudicabit.
Ne dixeris peccauit: et quid accidit mihi triste. Altissimus enim patiens est reddere. De peccato peccato noli esse sine metu: neque adiciat peccatum super peccatum:
et ne dicas miseratio dei magna est: multitudinis peccatorum meorum miserebitur.
Misericordia enim et ira a illo cito proximat: et in peccatores respiciet ira illius. Deon
Non tardes conuerti ad dominum: et ne differas de die in diem. uersione.
Subito enim ueniet ira illius: et in tempore iudicii disperdet te. Noli auidus esse in iniuiicus iniustis: nichil enim pderiunt in die obductionis et iudicii. Non ventilet te in omne uentum: et in eas in omne uia. Sic enim peccat pbatur duplici lingua. Esto firmus in uia dei et in ueritate sensus tui et scientia: et psequatur te uerbum pacis et iustitiae. Esto mansuetus ad audiendum uerbum dei ut intelligas: et cum sapientia pfer responsum ueritatis.
Si est tibi intellectus responde proximo: sin autem sit manus tua super os tuum.